

Ann. 918, mensæ aprili.

In placito mediolanensi coram Berengario nepote et misso Berengarii imperatoris, advocatus monasterii mediolanensis s. Ambrosii litem agit ac obtinet contra Adelardum quemdam.

MURATORI, *Antiq. Ital.*, T. 1, pag. 455.

Ex autographo olim in monasterio s. Ambrosii, nunc in Arch. s. Fidelis.

Dozro.

Dum in Dei nomine, civitate Mediolani, curte ducti ⁽¹⁾ in laubia eiusdem curtis in iudicio resideret
 b Berengarius nepus et missus domni et gloriosissimi Berengarii avio et senior ejus, qui in comitatu mediolanense ab ipso imperatore missus esset constitutus tanquam comes et missus discurrens, sui presencia singul. as intenciones, eciam epistola sigillata ab anulo idem domni imperatoris hic Mediolani in ipso iudicio ostensa fuit et relecta, in qua continebatur ut Berengarius nepus idem domni imperatoris missus esset constitutus; residentibus cum eo Rotgerius vicecomes eiusdem mediolanensis civitatis, Protasius qui et Atto, Rotfredus, Ragifredus, item Ragifredus, Lanfrancus, alio Rotfredus et Bertericus iudices domni imperatoris; Lupus, Johannes, Giselbertus, Ionam, item Johannes, Petrus. mediolanenses; Gaidulfus, Dagibertus et Anspertus
 c notariis, et reliqui. Ibi que eorum venerunt presencia
 ● Giselbertus iudex de loco Anticiaco, advocato (monasterii) beati Christi confessoris Ambrosii, ubi ejus sanctum umatum quiescit corpus, situm in suburbium mediolanensis civitatis; nec non Adelardus de La. filio quondam Anradi, intencionem abentes. Dicebat ipse Giselbertus advocatus: Dudum in iudicio malavi istum Adelardum, quod malo ordine detineret diceret aliquantis rebus territorii, quibus essent positus in locis et fundis Mercai et in Roboreto finibus Valissteline, que legibus pertinere deberent ejusdem monasterii sancti Ambrosii, que essent rebus ipsis per nominative illis in Mercai. In primis campo et prado insimul tenente per mensura tabolas quadraginta. Coeret da partes tres
 d sancti Abundii, et da quarta sancti Ambrosii. Alio campo per mensura tabolas quinquaginta; tercio campo per mensura tabolas duodecim; de una parte sancti Abundii, de alia Langobardorum; silva Castanaldi cum ipso campo tenente est juges duas, da una parte sancti Abundii, de alia sancti Benedicti, de tercia Langobardorum. Et in Roboreto prado uno per mensura juges duas et tabolas quindecim; da una parte sancti Abundii, de alia sancti Benedicti Langobardorum et comunalias. In eodem loco et fundo Mercai finibus ipsius Valisteline comunalias ipsas tam in montibus quam et in valis adque. et vicanaliis, que pertinere deberent eisdem

monasterii; unde per wadium firmati super accessimus, et odie exinde hic in iudicio inter nos com. tum abemus placitum, responsum exinde dandum aut legitime finiendum. Ad hec respondit ipse Adelardus: Vere sicut tu Giselbertus advocatus adseruisti, ita me malasti, et inter nos actum et wadiatum est, et super ipsis rebus accessimus, sicut aseruisti, et exinde odie hic in iudicio inter nos um abemus placitum ad rationem standum aut legitime finiendum; sed concredito me quia de ipsa res, unde superius nominative per locas et in alico comunalia et coerencias dixisti., nihil mihi pertinent ad abendum nec requirendum, neque pertinuid, et de communalis in eodem denominato loco et fundo Mercai sita Valisteline supter tam in montibus quam in vallis, seu in alpiibus adque in planiciis in ipsa denominato loco et fundo Mercai, unde me superius malasti, et pertinet de jura ipsius monasterii, nihil contradico nec contradicere quero, quia nec legibus possum, sed legibus propriis esse debent eiusdem monasterii sancti Ambrosii.

His peractis et manifestacione facta, paruit supradictis auditoribus esse recte, et judicaverunt ut iusta eorum intencione et professione seu manifestacione eidem Adelardi, rebus ipsis, hunde ut supra egerunt, a modo et in antea pars eiusdem monasterii sancti Ambrosii abere deberet. Et finita est causa. Et qualiter ac causa acta est noticiam ad futuram tenendam memoriam et securitatem eiusdem monasterii sancti Ambrosii, ego Ingelbertus notarius scripsi et interfui.

Anno imperii domni Berengarii imperatoris tercio, mense aprelis, indictione sexta.

Signum † manus suprascripti Berengarii nepus et missus domni imperatoris, qui ut supra interfuit.

. . . otcherio vicecomes interfui.

Rotfredus iudex domni imperatoris interfui.

Giselbertus iudex interfui.

Aupaldus iudex domni imperatoris interfui.

Petrus iudex interfui.

Rotfredus iudex domni imperatoris interfui.

Jonam iudex interfui.

Marinus iudex interfui.

(1) MURATORIUS edidit hoc placitum, sed nec integre nec fidelissime.